Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tes et allegorias. Mactauit pinguia queq; et
arietes plurimos. et uocauit omnes filios regis.
abiathar quoq; sacerdotem. et ioab principem
milicie. quorum omnium supius comprehense sunt
allegorie. Salemonem autem seruum tuum non uoca
uit. quia filium tuum dominum meum ihesum xpm. in forma
serui pro se humiliatum reprobauit. Salemonem ser
uum tuum non uocauit. quia filium meum populum gentium.
in fide nominis tui sequi recusauit. Veruntamen
domine mi rex. inte oculi totius israel respiciunt. quia
omnes electi. ab inicio usq; ad finem seculi te creatorem
suum ueraciter recognoscunt. ut indices eius illustra
tione tue ueritatis. spiritu sancto misso de celis. qui sedere
debeat in solio tuo. quis sit ille filius hominis. qui
erit conspicuus omni mundo. in futuro iudicio.
Domine mi rex post te. quia in assumpta humanitate mi
nor erit te. ipso sic in euangelio suo dicente. Pater
maior me est. Cuiq; cum dormierit dominus meus rex.
cum patribus suis. scilicet cum ipse creator et redemp
tor meus. unigenitus tuus. filius uirginis. in as
sumpta carne. debitum ade soluit. cum patriarchis et
prophetis. pro peccatis totius humani generis. erimus
ego et salemon filius meus peccatores. i. ego et fide
lis gentium populus. illi peccati quod pro nobis filius tu
us dignatus est fieri. erimus adoratores et ueneratores.
Hostie ille que in ueteri lege pro peccatis
offerebantur peccata dicebantur. Que nimirum hos
tie illi erant figure. qui in similitudine car
nis peccati dignatus est apparere. Sequitur.

Adhuc illa loquente cum rege. ecce nathan
propheta uenit. Et nuntiauerunt regi dicentes.
Ad est nathan propheta. Cumq; introisset et stetisset
ante conspectum regis. et adorasset eum pronus in
terram. dixit nathan. Domine mi rex tu dixisti. ado
nias regnet post me. et ipse sedeat super thronum me
um. quia descendit hodie. et immolauit boues.
et pinguia et arietes plurimos. et uocauit uni
uersos filios regis. et principes exercitus. abiathar
quoq; sacerdotem. illisq; uescentibus et bibentibus
coram eo. et dicentibus. uiuat rex adonias. me
seruum tuum. et sadoch sacerdotem. et ba
naiam filium ioiade. et salemonem seruum
tuum non uocauit. Numquid a domino meo rege
exiuit uerbum hoc. et mihi non indicasti seruo
tuo. qui sessurus esset super thronum domini mei
regis post eum.

Spe sancti qui simul creauit omnia. si
mul quoq; inter dum in sancta scriptura.
preterita. presentia. et futura. solo uerbo compre
hendit. Bethsabee adhuc cum rege loquitur.
quia sancta ecclesia ab inicio usq; ad finem seculi. pro suorum
filiorum salute. dominum patrem iugiter interpellare non
grauatur. Adhuc illa loquente. ecce na
than propheta uenit. quia sancta ecclesia in patriarchis
pro salute gentium xpm desiderante. deside
riis eius prophetia subuenit. Adhuc bethsabee
cum rege loquente. nathan propheta uenit. quia
sancta ecclesia pro sua suorumq; filiorum salute. dominum regem
usq; in finem seculi interpellante. prophetia ei fidem.
spem. et karitatem suggerit. et eternorum expec
tatione premiorum in bonis eam perseuerantem red
dit. Unde beatus IACOBUS dicit. Ex
emplum accipite fratres laboris et pacientie
prophetas. qui locuti sunt in nomine domini. Ad
uentus nathan prophete regi nuntiatur. quia
a sanctis angelis ecclesiam ab inicio seculi tuentibus.
prophetici ordinis adiutorium quo ecclesia sus
tentatur. in celestis curie palatio predicatur.
Nathan propheta cubiculum regis ingreditur.
cum prophetia usq; ad celestis scrutarii penetralia
progreditur. Stat ante regis conspectum. dum per
contemplationis intuitum. ad sui se creatoris ex
tendit aspectum. iuxta illud helye testimo
nium. Viuit dominus in cuius conspectu sto. Nathan
regem pronus adorat. dum prophetia in dei et sui
cognitione se humiliat. In terra adorat.
dum redemptoris sui humanitatem. fidei et dilec
tionis reuerentia a longe salutat. Id nimi
rum dum instanter prophetia agit. pro statu ecclesie
creatoris auribus talia pre[illegible]cationis uerba ingerit.